



# Exercitatio medica inauguralis de primis vitae staminibus

<https://hdl.handle.net/1874/343815>

37.

EXERCITATIO MEDICA  
IN AVGURALIS,

D E

# Primis Vitæ Staminibus,

ODIUM <sup>QUAM</sup>  
Annuente Vitæ & Mortis Arbitro,  
Auctoritate Magnifici D. Rectoris,

# M. GERARDI de VRIES,

Philosophia Doctoris, ejusdemque Facultatis in Illustri  
Academiâ Ultrajectinâ Professoris Ordinarii,

N E C N O N  
Amplissimi Senatus Academicorum Consensu, & Nobilissima  
Facultatis MEDICÆ Decreto,

PROGRADU DOCTORATUS  
Omnibusque in MEDICINA Praerogativis, Honoribus  
& Privilegiis, rite, legitime & solemniter consequendis,  
Publicè tuebatur

JOHANNES WOOLLASTON, Londino Anglus.  
Lib. Art. Magister & Philos. Doctor.

Ad diem 1. DECEMBRIS, horis locoque solitis:



TRAJECTI ad RHENUM,

Ex Officina FRANCISCI HALMA, Academiæ  
Typographi, clc Ic xgii.

*Exercitatione*  
**V R O**

*Insignissimo, Doctissimo,*

**D.D. RICHARDO  
BLACKMORE,**

M. D. Celeberrimi Medicorum LONDINENSIVM collegii Socio & Censori amplissimo : Practico ibidem felicissimo , experientissimo, clarissimo ,

*Hanc Exercitationem*

*Humillime offert*

*Academiae*  
*HALMAE*  
*Ancisci*  
*Auctor*

# EXERCITATIO MEDICA

INAUGURALIS,

D E

## Primitus Vitæ Staminibus.

### THESIS I.



Aletudo, proh dolor! succubens justam  
ultimi hujus Exercitii Inauguralis mensuram  
vix concedit. Studiis religiose interdicor. Ut  
legibus autem Academæ satishat, cogitata  
leviter recolligenda & chartis breviter man-  
danda erant. Ergo pauca tantum & genera-  
lia quædam de hac Re antehac concepta im-  
præsentiarum attingenda: & si quid inaccu-  
rately dictum, vel fætinarter omissum, Aegro-  
tanti facile condonabitur.

### I I.

Et primò quidem uno istu innumera aliorum hoc capite divertia  
à Dissertatione nostra præscindenda. Negligendi præsertim Mystæ  
illi antiquitate unice venerandi, qui quid dictis suis de hac Re inten-  
derunt, ne vel ipsi certè intellexerunt; & quisnam obscuriora ef-  
futire posset contendere videntur. Hic *Calidum innatum*; Ille *Hu-  
midum primigenium*; Iste *Flammulam vitalem*; Alter *Spiritum plasticum*;  
Alius *prætenueum Auram ex Astris devolutam* & nescio quid non istius-  
modi nugarum ingenti cum strepitu literato Orbi exhibet. Mitto  
jam istius furfuris senioris Sæculi futilia ænigmata, & Nomina Exor-  
cistis non Medicis apta, qualia sunt v. g. *Microcosmeter*, *Gaste-  
ronax*, *Bithynialca*, *Cardimelech*, *Archeus*, *Fanum uteri*, & sexcenta  
alia, quibus rem Medicam ornârunt ænigmatica & abscondita quorun-  
dam ingenia, sed ad Rem.

### I I I.

Quod ad reconditam & mirandam primi habitaculi nostri fabri-  
cam, ab oculatioribus sæculi nostri Anatomicis exactè, fusè & pu-  
blicè

## 4 EXERCITATIO MEDICATNAUGURALIS. I

blicè adeo delineatur, ut vel Tonforibus & spurcidicis Obstetriculis jam innotescat: ergo descriptio ejus hic loci supervacanea. Reperiuntur nimurum ibidem feracissima Naturæ repositoria, Ovaria vox; ubi prima reconduntur delitescientia Vitæ semina, Ova dicta; quorum partes interiores ac tenuiores crassiori tunica circumvolvuntur, & ova intra ova quasi constituere videntur. Mox autem ab aliunde accedentibus Sulphureo-Spirituosis, subtilissimis, summe activis, ex ingenti massa, vel per se satis spirituosa, ut ipsius flores, elevatis, partes hæ ovorum interiores, vel ovorum ova, in actum excitantur; particulae earundem activæ, à crassioribus hucusque detenta: & oriose, à vinculis jam solvuntur, se undiquaque ulterius exercere conantur, siveque intumescunt adeo, ut in tam angustis domiciliis non amplius continenda, continentia latera earum vi cedere cogunt & disrumpunt.

## I V.

Ab excitata hac fermentatione, Spiritus etiam in partium adjacencium fibrillis excitantur, moventur & fibrillas extendunt, siveque meatus ab ejusmodi fibris circumductos aperiunt. Hoc modo Tubæ Fallopianæ extenduntur, dilatantur & ab Ovariis antea distantes, eadem jam aperto meatu arctissime complectuntur & fermentatum ovulum, viam apertam querens, intra suos meatus avidè admittunt. Per vias hæc patentes in uteri fundum dilabitur Ovum.

## V.

Activæ jam partes dominium in cæteras adeptæ, eas varie exagiant, movent, removent & dimovent, usque dum particulæ ejusdem naturæ sibi mutuo occurrentes simul moventur, siveque earum moles continuo augetur ab accessione aliarum quas in motu suo reperiunt, & sibi assumunt ac annexunt. Particulae enim suâ naturâ sociæ, ubi in corpore heterogeneo in motu posito, sibi mutuo occurruunt, simul moventur; quia exactè quadrant & nullam resistentiam patiuntur, nec sibi mutuo impedimento sunt in motu, uti heterogeneous admixtæ omnino sunt. Hinc etiam, quæ motum sistere aptæ sunt, heterogeneas perpetuò expellunt. Hujus rei veritas in quavis fermentatione patet, v.g. in vinorum, cerevisiarum, & quorumvis liquorum heterogeneorum purificatione. Egregiè etiam patet ex observatione fluminis alicujus, ubi ligna, folia, gramina, mucosities & quævis scoriae semper ad latera pelluntur, & maghus est aquarum ad earundem totalem expulsionem conatus. Et hic est partium ovuli

ovuli nostri agendi modis. Particulæ plurimæ , si non omnes acti-  
væ gradatim associantur &c in cursibus simul pergunt. Præsertim  
etiam hoc verum est in particulis dominum exercecentibus. Cum  
autem simul aggregantur, magna nimis moles est, quam ut per par-  
tes crassiores , viam , sibi omnibus simul movendis , struant : reni-  
tuntur sc. nimis partes solidiores.

## V I.

In motu autem positæ , juxta motus mechanismum , à motu cen-  
tro recedere conantur ; quod ergo fit per rivulos vel lineolas , ad  
circumferentiam totius compositi tendentes. Sed ibidem à compactio-  
ribus repercussæ , iterum à circumferentia ad centrum revertuntur.  
Sie tractu temporis , poros vel meatus quosdam , in materia illa cra-  
ssiuscula , egredientes & regredientes sibi efformant. Quod autem qui-  
bus exibant , iisdem non fedant meatibus , fit , tum ab impulsione  
à sequentibus , tum à percussione compactioris circumferentiae ;  
à qua nisi perpendiculariter incidissent , in easdem lineas non reflecte-  
rentur. Radios autem exactè perpendicularares tenuissimæ materiæ ,  
cæteris sæpè particulis aliquo modo adhuc a reliquis activarum com-  
motis , occurrentibus , cum confusus quidam omnium sit motus , ut  
intestinus fieri solet , procedere vix vel ne vix possibile.

## V I I.

Sic ergo disponitur & movetur materia haec fermentativa , vel ma-  
teria subtilior sc. Spirituosa & Sulphurea ; sed mixtas adhuc secum  
habet particulas quasdam crassiores , quas , ob prædictas causas , eli-  
minare molitur ; quæ etiam superficiem versus continuo pelluntur ,  
ac ibidem ab adhuc crassioribus sustentur & concrescent. Etiam hoc  
modo , subtiliores avolare conantur , sed crassiores quedam permix-  
tae eas arcte adeò amplectuntur , ut ultra superficiem tendere non  
daretur ; sicque ibidem glutinositate concrescent & in tunicas cir-  
cumvolventes quasi abeunt : glutinositas enim à subtilioribus per cra-  
ssiora detentis & amplexis oritur. Egregie hoc patet in mucositate  
vini , aceti aut cerevisiae superficiem , cum acescere incipiunt , super-  
natante. Atque ita tandem tunicas sibi efformarunt particulæ in  
motu positæ , & magnam earum in centro congeriem , & ductus vel  
rivulos per totam compagem factos , circumvestientes.

## V I I I.

Partes Ovi activas simul & seorsim motas ac tegumentis donatas  
sic vidimus. Sed Ovi mole paulatim accrescente ex accessione no-

## 6 EXERCITATIO MEDICA INAUGURALIS

væ & crassioris materiæ ; ( de quâ mox , ) comprimuntur & co-  
stantur meatus ; præsertim versus extremitates , ubi vis impellens  
debilior : sicque arctiores meatus non quibusvis massæ partibus , sed  
subtilioribus solummodo , transitum concedunt . Inter partes sub-  
tiles autem subtilissimæ omnium Spiritus sunt . Atque hoc modo san-  
guinem , cor , vasa sanguinea & spiritus in Ovo fœcundato juxta  
motu leges invenimus .

### I X.

Sed verbum de adventitiâ Ovi inter fermentandum materiâ . Quamprimum Ovulum in uterum delapsum est , motu ejus fermentativo afficiuntur partes quæcunque adjacentes ; relaxantur , aperiuntur pori vel hiatus in iisdem latitantes , sicque elabuntur contenta , quæ à pressione per fermentationem & rarefactionem factâ , sibi allicit & assumit ovum . Succus autem ipse Uterinus , uti notum , est glutinosus quidam instar ovi gallinacei albuminis . Imbibitur hic succus ; qui cum ab arteriis uterinis per glandulas transudet , fermentativæ proculdubio est naturæ , præsertim cum à materia fermentante educatur .

### X.

Continuatâ autem hac fermentatione , ejus vim participant magis  
magisque Uteri latera ei proximè adjacentia ; sic ut tandem laxantur ,  
increßantur , emolliuntur & spongiosa quasi redduntur . Spongiosa  
& mollia facta vel leviter in ea vim facientia facile admittunt ; sicque  
se mutuo amplectentia succos & rariores partes sibi mutuo commu-  
nicant . Quod autem hic communicat Uterus cum suis , ad partium  
rarefactarum interstitia replenda , quin ad ulterius expandenda & fer-  
mentanda , est aptissimum . Atque hoc modo formari potest Placen-  
ta Uterina . Quod ad Membranas Chorion , Amnion , &c. eas in  
Ovo vel originaliter antè fœcundationem esse , vel formari eodem  
modo ac de Vasorum Sanguineorum tunicis diximus , saltem Amni-  
os , facile possunt .

### X I.

Hæc de primo ortu dictat Ratio ; sed quo ulterius latentes ulte-  
rioris formationis anfractus sequimur , eo viuis & sensus non tantum ,  
sed ipse rationis captus magis excæcatur . Nec assequi datur qui vel  
sanguis vel spiritus varios & exactos sibi adaptent meatus ad reunio-  
nem , mutuum auxilium , partium crassiorum motum in omnibus  
eundem . Vidi sanguinem , sed promiscuè exeuntem : vidimus  
Spiritus ,

Spiritus, sed ubique cerebra sibi adaptantes. Quod ad ossium, muscularum, cartilaginum, viscerum &c. formationem, cæcūtūmus prorsus: multo magis ad exactissimam in omnibus figuræ identitatem. Nec aliud de iisdem concipimus, quam quod particulæ ejusdem generis sibi mutuo facilimè adhærent & uniantur. Sed, unde præcisè tot particularum genera ex confusis quinque principiorum mixturi? unde unus & idem conjunctionum in omnibus numerus & situs? cum millenis difficultatibus quas non admittit brevis nostra pagina. Erit certè mihi magnus Apollo, quisquis filum Ariadnæum, quo aliud quam informem molem, & deformem, instar Molæ uterinæ, massam ex primis Parentum seminibus, ordine vel probabile deducam, mihi monstrabit. Hic certè, si ullibi, Deus aliquis, ad nodum solvendum, in scenam vocandus est.

## XII.

Novi temerarios quorundam quamvis ignorantiae speciem dengnantium in hac re ausus; sed patent simul infælices eorundem successus. Inter alios Magnus **CARTESIUS** in *Tractatu de HOMINE* magno apparatu hoc patefacere conatur: sed me judge, tantum, quod cæteri Anatomici, quomodo res se jam habeant, absque ratione originis, asserit. Cor formatur, inquit, ex congerie particularum calidarum: sanguis ex ramisculis earum cum materia primi elementi: pulmo ab extensione particularum aerearum: cerebrum ex particulis subtilioribus alteris longius protrusis: sensuum organa ex descensu materia subtilis; & sic de partibus solidioribus. Ad *Tractatum* Lectores remittiimus, nec transcribere luet.

## XIII.

Sed, istis concessis, quæ tamen ab eo nequaquam demonstrantur, monstrare mihi quis potest, cur Cor in eodem semper loco situm, nec tamen in medio foret? cur non plura in uno corpore corda? cur Cerebrum, ex uniformi & simplici actione, non uniforme & simplex? cur non tota corporis superficies sit unum continuum vel plura cerebra? cur non millena nervorum paria & sensuum organa? cur non Pulmones ubique per totum corpus, juxta vasā, saltem majora, dispersi? cur non corporis forma rotunda? cur non centena millena artuum paria? & si pagina Academica permetteret, sine fine absurditates nullo negotio ostenderemus, Mitto difficultates positivas; mitto gravissimos Auctoris errores anatomicos, vel adulato detegendos, de Cordis systole, & vasorum epigastricorum

rum

8 EXERCITATIO MEDICA INAUGURALIS

rum cum mammariis anastomosis ; quibus etiam nititur non minima explicationis pars.

XIV.

Ulterioris ergo foetus in Utero formationis scientia adhuc desideratur. Et satis laudare non possum Cl. Harveji & Loweri modestiam. Non aliunde sit inquit, HARVEJUS (Lib. de Generat. Animal. p. m. 351.) quam ex officio divino sic determinante : Est hic Os : illic musculus, aut nervus : hic Viscera : illic Excrementorum receptacula &c. Ac Cl. LOWER in Tractatu de Corde, p. m. 59. De ratione qua Cordis motus perficitur, discendum esset, sed cum nimis arduum sit de ea quicquam recte concipere : atque Dei solus, qui secreta ejus rimatur, motum quoque cognoscere prerogativa sit, in eo perscrutando operam non perdam. Imo hisce longè Sapientior sacro stupore corruptus exclamat, PSAL. CXXXIX. 14, 15. Celebro Te, Domine, quia tremendis modis factus sum : mirabilia sunt opera tua. Ossa mea non celata fuerunt tibi, ex quo factus sum in abdito : artificiose & quasi Phrygionico opere consecutus sum in imis partibus terre : informem massam meam viderunt oculi tui. Summa certe est sapientia ignorare, quæ summus sapientia Magister nescire nos velit.

XV.

Vidimus jam quid de PRIMIS VITÆ STAMINIBUS philosophando inquiratur. Videamus jam quid oculari fœcundatorum inspectione detegatur. In humanis Fœtibus, à primis ovis usque ad partum, mutationis & accretionis modum ac ordinem prosequi nequaquam datur ; cum ordinem huic rei accommodatum Mors non observet. Alia itaque animalia inspicienda ; quæ quoad essentialem Fœtus formationem ab humanis non differunt. Una eademque particularum activarum ad passivas accessio ; una eademque fermentatio ; una eademque accretio ; & una eademque in dias lumenas horas educatio. Duo Animalium genera examini subjiciuntur, Ovipara & Vivipara, quid in utrisque in Fœtus formatione notatu dignum observetur videamus. Et primo in Oviparis.

XVI.

In ovorum vitellis cicatricula quædam observatur, quæ à blando calore, instar oculi pupillæ dilatatur. Post xxiv horarum incubationem, cicatricula hæc cum vitello versùs extremitatem Ovi obtusam ascendit. Vitellum incipit colliquescere & tunica ejus intumescere. Cicatricula augetur ad pisí magnitudinem & in circulos, instar

instar oculi; dispertitur: qui circuli sequente die augentur: centrum habent punctum album, instar cataractæ in ocello alicujus aviculæ; & humorem continent cætero albumine magis transparentem. Inferior regio hujus colliquamenti quotidie sese magis extendit, & exteriorém mox coarctat ac obliterat. Circa quartam diem colliquamentum lineolâ sanguinéâ rutilat & in centro ferè punctum sanguincum saliens exhibet. Punctum hoc sanguineum emicat loco albi ex quo in systole & diastole (quæ jam observantur) ut scintillula è nube profiliens emicat, mox vesiculâ tenuissimâ vestitur, quæ etiam statim duplex appetet & duplice ictu altera alteri alternatim responderet. Sequente die crassius quid circa dictas vesiculos appetet, & singulis horis compactius fit. Candidum est & vermiculatum refert quem musca in carne putrescente deponunt. In duas partes divisa cernitur, in conglobatam & oblongam; illa hac multo major. Refert figuram gyrrinorum, ranarum fœtuum. Pars conglobata mox dividitur in tres partes, (instar arboris gemmulæ) quarum 1. oculus, 2. cerebrum, 3. cerebellum, postea sunt. Oculus autem totum caput, & caput totum corpus magnitudine longè superat. Tandem circa diem sextam, pars altera, quæ globulo majori instar caudæ est, pedes & alas emittere incipit. Mox parenchyma cordis pulsanti vesiculæ adnascit. Mox Hepatis & Pulmonum rudimenta apparent & tandem rostrum. Thoracis & Abdominis viscera adhuc nuda sunt mox circumvestiuntur, & exiguae lineæ lacteæ per totam mollem dispersæ ossium specimina exhibent. Hæc omnia quotidie perfectiora sunt.

## XVII.

Vivipara in Testibus vel Ovariis ovula continent, quæ disjecta liquorem viscidum, instar ovi gallinacei albuminis, emittunt. Immediatè post coitum Tubæ vel cornua rubescunt. Paulò post, ovarum tunicae externæ rubescere incipiunt. Mox ova ipsa, prius limpida, opaca sunt, & in medio superficie papillam ostendunt, in parte interiori materia limpida, in exteriori crassior, reperitur. Post hæc Tubæ Fallopianæ magis sanguineæ factæ Ovaria arctissimè amplectuntur, & materia in circumferentia Ovi quasi glandulosa fit. Deinde Ovorum Folliculi exinaniti reperiuntur & ova in Tubis vel Cornibus observantur, sed decuplò minora cæteris in Ovariis; in quibus etiam alia quasi ova innatae conspicuntur; sed laxa adhuc jacent ova, sic ut flatu huc illuc agitari possunt, & interna tunica gradatim

EXERCITATIO MEDICA INAUGURALIS

tim fit magis conspicua, ac ipsa ova quotidie crescunt & magnam imbibunt liquoris copiam. Jam autem ipse Uterus, aut cornua, in parte qua vasa hypogastrica admittuntur, tumet & rubet. Tandem in humore ito ovi chrystillino nubecula rara & exigua appetet; & dictus tumor juxta vasa hypogastrica placenta rudimenta ostendit. Nubecula haec in rude mucilagineum embryonis delineamentum mox mutatur, quod instar vermiculi est; placenta jam clarius appetet mediante Chorio ovo connexa. Denique artus in hoc vermiculo quodammodo dicoſcuntur; & pectus duo puncta sanguinea ac totidem alba exhibet; abdomen autem substantiam quandam mucilagineam paulo hic illic rubicundam. Hinc grande caput, cerebellum in apicem elevatum, oculi prominuli, & os hians conspicuntur; spina albicans per dorsum protenditur & circa sternum inflexa carnam referre videtur. Paulo post ventriculi & intestinorum rudimenta ex materia mucilaginea circa corpusculum albicans instar filii contortâ. Quæ omnia, nisi perfectionis, non aliam ante partum accipiunt mutationem: Vide Harveyum, de Graef, Everhardum, &c. prolixè haec omnia & in oviparis & viviparis profequentes.

XVIII.

Attentè haec omnia si quis obſervet partes productas, non modum producendi, monstrari videbit. Verum nimis est, quod de hac re ſupra diximus. In initio Dissertationis animus unicè erat, foetus inter formandum, non formatum, exhibere. Quæ ergo ulterius dicenda eſſent de Foetus nutritione, accretione, perfectione, expulſione &c. Cl. Needham in *Lib. de Formato Fœtu*, eleganter adeo deſcripsit, ut pergendo, Iliada post Homerum ſcribere tentarem. Quod ad vulgarem partium in ſanguineas & ſpermaticas diſtinctionem, ejus futilitas ex dictis conſtat. Quando animal incipiat vivere si quis pe- tat; respondeamus cum incipit moveare, vel fermentari, & hoc eſt immediate post fecundatum ovum. De Animæ autem corpori acceſſione, & ejus tempore, sc. in Fœtu humano, noſtri, hic loci & temporis, non eſt fori.

XIX.

Jam tibi, Domine, quod vitam & vires hucusque largitus es,  
quod ſtudia & labores noſtrós hucusque perduxiſti, gratias agimus  
quantas poſſumus maximas. Dirigas, Domine, in Remediorum  
investigatione, quæ nobis iphis & alijs ſint ſalutifera. Novimus  
„apud

„apud Te, Domine, æterno & immutabili tuo consilio, numeratos  
 „esse ætatis nostræ Dies & Menses, ac præstitutos Vitæ Terminos,  
 „quos ultrà aut citrè transcendere valeat nemo Mortalum. Sed  
 „novimus simul, eodem & simplici tuo actu constituta esse ad hosce  
 „fines media, à quibus excidere, haud magis quam ab ipsis finibus  
 „possimus. Utaris ergo, benignissime Domine, famulorum tuo-  
 „rum indignissimo, ut instrumentum sit in manibus tuis ad opem  
 „succumbentibus præstandam. Benedic Studiis & Laboribus suis  
 „omnibus, ut tendant in Nominis tui decus & gloriam, ac restitu-  
 „tionem Ægrotantium salutarem, per & propter Filium tuum,  
 „Dominum nostrum, Jesum Christum. Amen.

**F. I. N. I. S.**

## M A N T I S S A.

- I. **N**eptus est Medicus, qui non est Philosophus: hoc autem non obstante, tutiorem & fatigörem esse praxin experientia & diligentis observationi. quam factis hypothesis, superstructam & accommodatam, luculentissime docent Cl. SYDENHAM & WILLISTON collata opera.
- II. Medicus absque pietate in Republicâ non est tolerandus.
- III. Morbus nihil aliud est quam, Naturæ conamen in Ægri salutem.
- IV. **S**anguis sanguificat: imo in Fætus formatione, Sanguis ante Hepar diu existit.
- V. **F**ebris non recte definitur, Perturbata sanguinis mixtura.
- VI. **V**ulgatum Axioma, Universalia topicis præmittenda, sapè falso est.
- VII. Ephydrosis in Apoplexia est prognosticon lethale.
- VIII. In Paralysi nunquam abest sensus, manente motu.
- IX. Sapè sunt hilares Melancholici.
- X. Catalepsis non est morbus.
- XI. De Variolis ante Cl. SYDENHAM imperfete scripserunt omnes.
- XII. Fortiora cathartica in Ietero non conducunt.
- XIII. Non datur signum Lumbricorum pathognomonicum, ne vel ipsi vermes excreti.
- XIV. Vera Uteri procidentia Anatomie repugnat: & in Hystericâ Passione ascendere, juxta vulgus, ridiculum.
- XV. Curas Magneticas è praxi Medica proscribimus.

II Dicitur Ornatissimumque Domini

## D. JOHANNI WOOLLASTON,

Artium Magistro & Philos. Doctori,

Dum Medicina Lauream in inclita Academia Ulrajectina adipisceretur.

Intrae φιλόσοφος ισθε Γρ. Hipp. De Elegant.

Te leves elegi : succingite tempora lauro:  
Tempora sunt niveis candidiora tuis.  
Scande triumphales io Britannia currus  
Jungatur niveis currus eburnus equis.  
Sparge rosas, plaudatque solum ; ferat aethera clamor,  
Quaslet & immotum vestra Camæna polum.

Ingenium cælestè suis velocius annis  
Surgit, Apollineam quod tibi reddet opem. A M  
Musa fave, Parnasse fluant Aganippidos undæ,  
Et Paridis Superis fistula dulce canat. I  
Bacche pater vini propera, vinique repertor  
Necte hederam, placidos inter habende Deos.  
Pæon adest, primisque Chiron proficitur ab annis, II  
Et quod Galeni non potuere, potest. III  
Parcite Nasones artem narrare Melampi,  
WOOLLASTON virtus contigit ante diem. VI  
Parcite Thespiades heroum dicere gesta,  
Quæ speciem sumi prætereuntis habent. V  
Cerne virum, columen Medicinæ, cerne JOHANNEM,  
Cerne, quod haud cernit Græcia, cerne Virum.  
Parvus erat, jam Clio senem, jam Musa Cleanthem.  
Dixerat : in cunis jam Jove dignus erat.  
Sæpius arrisit tenero natura, Nicandrum  
Credidit, in Medicis spes mea, dixit, erit.  
Quid moror ingenium tibi præcox, uber, acutum,  
Dum quæ non puero tractat agenda puer. XII  
Dicite Grajugenæ talem genuitis Athenæ,  
Fama Prytaneo contigit illa tuo. VII  
Scilicet Hippocratem jactas, tollisque Platonem,  
Et tibi Milesius quantus honore fuit ! XX  
Magna

Magna quidem, majora vide, WOOLLASTON utrumque  
Continet: id nulli continuere simul.  
Adde quod & Plato moveat fera bella Melampo,  
Qualia nec Lybicis nota fuere feris.  
Scilicet incertum Paeon, majorne Cleanthes?  
Quam bene! pectorib[us] certat uterque tuis.  
Vincit uterque tamen, quamvis quoque vietus uterque,  
Victoris titulos portat uterque sui.  
Anglia doctorum mater fecunda virorum,  
Artis Apollineæ gignere sueta viros.  
Sæpius expertus mundus tua lumina dixit,  
Deliciasque soli, deliciasque Poli.  
Enredit e Batavis felix Epidaurius oris,  
Qui tibi præsidium, qui tibi tutor erit.  
Nec secus ac Hector defendit mænia Trojæ,  
Præda fuit Græcis Troja, cadente, Viris.  
Discutit Iliades morborum, Lerna malorum  
Pulluler & cunctis Hectoris instar erit.  
Nec tamen hoc satis est, post fata Britannia noscet,  
Qualis erat, magnâ parte superstes erit.  
Anglia ter felix! medicus tibi venit ab astris,  
Anglis angelicas porrigit ipse manus.  
Vos quoque felices hunc quæ genuistis, Athenæ,  
Gignere cum reliquæ non valuere parem.  
I, propera Diomedis aves venere, JOHANNI  
Mille dabunt plexus, oscula mille dabunt.  
Oscula mille dabunt, tendit Britannia palmas,  
Ecce parat summo reddere vota Jovi.  
Rumpe moras, propera, patriæ succurre cadenti,  
Gloria nunc Juvenum, deinde futura Senum.

### H E N R I C U S S P O O R.

Art, Lib, Mag. & Philos. Doct.

Author

*Authoris in Excitationem suam*  
**DE PRIMIS VITÆ STAMINIBUS**

## *Carmen.*

Upiter in terris Naturæ arcana recludi  
Vidit, & ad Superos talia dicta dedit,  
Ad Scythicam rupem divina imitarier ausum  
Alligat Artificem Dædala massa suum.  
Anglia majorem nunc Arte Promethea jactat,  
Qui nostrum ordiri & pandere gestit Opus;  
Ille lutum humanos solers formavit in artus,  
Nascendi huic primas fas aperire vias;  
Nec fabricam tanto tumidus molimine temnit,  
Sed texens VITÆ STAMINA PRIMA flupet;  
Ergo quo cœpit pede perget Apolline dextro,  
Et lentè Parcæ STAMINA nigra trahent.

*Amico e paucis* L. M. Q. P.  
RICHARDUS MEAD.

## ΤΟΥ ΑΙΓΑΙΟΥ ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΙΓΑΟΝ.

ος πόθησεν εὖρον γράψαι τὸν γυναῖκα Πατελαιοῖς  
Παῖδ, ἐσθιμένος Φοῖς Θεῷ ἔλεξε ταῦτα,  
Εὗγε βίσι μῆτρα τὰ πρῶτα τὰ τὸν ὄντα σώμανον,  
Καὶ ἐμὲ Γιπποκράτης μείζονα δέξαν εἴχε:  
Αὐτὸς γάρ ζωντι τηνῶν σταύριος ἦν οὐ κάθι,  
Τὰ βιότα δὲ αρχήν σοι μόνον ἔδειξε Θεό.

P. à M.

## Zegen-wensch , aan den E. Heer mijn Heer

# JOHANNES WOOLLASTON,

Lib. Art. Mag. & Philos. Doctor.

Toen zijn Ed: na zeer geleerdelyk, scherpzinnig, en niet min ernsthaftig, in het openbaar, over den EERSTEN OORSPRONK DES LEVENS geredenkaveld te hebben, tot Doctor in de genees-kunde wierd gevorderd, binnen Utrecht den

i. December 1692.

A

L was ik in een hoek vergeten , en verschoven  
Ter plaatze , daar de zon zoo heet brand , als een oven .  
Op 't eertjids pragtig , nu vervallen Cormandel ;  
Al scheen ik aan een ~~niek~~ te mijm'ren , en te quijnen ;  
Al moest ik vlugten in de dorstigste woestynen  
Van 't Rijk Arabien ; nog zoude ik evenwel ,

Schoon

Schoon ik de rijmery bykans hebbe afgeswooren, v novijld boch vun die W.<sup>o</sup>  
Als my 't gerugt van uw bevord'ring quam ter ooren.

Ik zeg van u, dien ik voor herte-vriend erken,  
Van u, die te gelijk met my (1) gepromoveerd zijt,  
Van u, die door, en door gezouten, en geleerd zijt;

Betoonen, wat ik aan uw vriendschap schuldig ben;

Wiens wetten ik niet wil vermind'ren, of verbreken,  
Veel min, de plichten van beleefdheyd tegen-spreken;

Wy zijn te nauw aan een verknogt door vriendschaps-band:

Wy hebben op een tijd, de Hooge stoel beklimmen,  
Daar ik van 't Oosten, en haer Wond'ren, uyt dorst brommen,

En gy van (2) Spoken toonde uw gauw, en vlug verstand,

Rijs op dan loome geest, wilt uwen slaap verlaten,  
Wy moeten van mijn vriend, en van zijn deugden praten,

Want zulkx is yets, dat ik met lust doe, en met vreugd:  
Laat ons dan aanstdons (schoon ik weete, dat mijn zinnen

Te swak zijn, om dit werk naar eysch te doen) beginnen.

Heer WOOLLASTON, gy die het beste van uw jeugd

Verfleeten hebt, om veel te leeren, veel te weeten,  
Die dikwils in 't gefoelte der wijzen zijt gezeten,

En daar met vrucht betoond de gaven van uw geest,

Gy die verscheide maal hebt (3) van de Ziel gelprooken,

De laatste reys (4) van God, van Duyvels, en van Spoken

Tot onderrigting van een yder, die het leeft.

Wien of de herssens nu zo wel gebaakerd leggen,

Dat hy met waarheyd, en met ernst zou kunnen zeggen,

Of 't eerste beter was als 't laast, of 't laast als 't eerst?

Zulk kan geen mensch, al was hy schrander in zijn oordeel,

Want gy schreef nimmer yets, als strekkende tot voordeel

En 't welk geprezen wierd van yder om het zeerst,

Steeds kreegd gy hand-geklap, en juygchen tot belooningh:

Nu geeft ge ons op 't papier een duyd'lijke vertooningh.

Van 's LEVENS OORSPRONK in des moeders ingewand,

Dat Leven't welk ons hert doed roeren, en bewegen,

Dat in den omloop van de zappen is gelegen,

Tot dat men door de dood geholpen word van kant.

\*T is heerlijk voor een Arts te praten van het Leven,

Zulk is bequaam om aan den zieken moed te geven,

Zy haten zulken man, die van de dood verhaald;

De dood is schriklijk, en vervaarlijk in zig zelven;

Een Koning moet zo wel zijn Graftee laten delven,

Gelyk de minste slaaf, die op de molen maald.

Gy toond een Christen u te zijn in alle deelen,

Nooyt zietmen op uw tongh, of in uw zinnen speelen,

Dan 't geen een Christen, als een Christen 't beste voegd;

Al wat gy spreekt, of schrijft verstrekt tot nut, en leerig:

Als ik mijn oog llaa op uw eerste redeneering

Der Zielen, vinde ik veel't geen mijne ziel vernoegd,

't Welk

(1) 22. Sept.  
septembris 1691.  
Publice Doffe  
Philosophie  
CREATURÆ.

(2) Oratio  
habita in  
templo magis  
ris Choro ac  
SPECTRAIS.

(3) Disputa.  
tiones de  
ANIMA SE-  
PARATA  
varius temp-  
ribus venti-  
lates.

(4) Dispu-  
tio Inangu-  
ratis 14. Sept.  
septembris 1691.  
DE DEO.

\*t Welk my doed blijven vol verwondring opgetoogen:  
Sla ik met ernst op uw gesprek van God mijne oogen,  
Hoe dikwils ik het leze, ik werde nooit vermoeyd.  
Als vindende in dat werk genoegen naar mijn wenschen:  
Hore ik u spreeken in den Dom voor duyzend menschen,  
Is Nector wat'er uyt uw mond, en penne vloeyd.  
Geleerde Philosopph! ô puyk van 's Vaders Zoonen!  
In wiens doorkneedde breyn, veel groote gaven woonen,  
Gelukkig is de Vrouw, die u ter wereld bragt,  
Zy ziet uw Vader, en haar Man in u herleven,  
Zy ziet u op den top van heerlijkheyd verheven,  
Tot steunzel van haar zels, en toem van uw geflagt.  
O rijk, en groot verstand, vry meerder als uw Jaaren!  
O gy, die ernstig, en scherpzinnig in dees blaaren  
Beschreeven hebt; en ons nauwkeuriglijk vertoond,  
Hoe kleyn de ontwerpen van een mensch in 's Moeders schoot zijn!  
Zou die belooninge voor u dan al te groot zijn,  
Dat wederom uw kruyn wort met Lann' rier gekroond?  
O neen: Uw deugd verdien vry meer by vele menschen,  
Als zulke kranßen, die verwelk'ren, en verslennen,  
Die zijn voor uw verstand, en kennis te geringh:  
Uw naam, hoe zeer de Nijd wil heek'len, bijten, ziften,  
Zal zijn onsterflik door uw werken, en geschriften,  
Zo lang men menschen vind in 's werelds ommekringsh,  
Uw konst bestrij de Dood in kranke Ledematen;  
Den Hemel wil u lang by ons beneden laten:  
Waar gy een mensch ziet, die behauwd is, ziek, of bang.  
Verstrekke uw komst tot heyl, en een voorspoedig teyken:  
Gy moet den ouderdom van tachtig Jaar bereyken:  
Lang leef de Philosopph, de Doctor leve lang:  
Hy leve lang, tot hulp, en troost van zieke luyden,  
Om haar te helpen door de kragt van zijne kruyden,  
Also hy boven vele in konst de kroone spand:  
Ter plaatze daar een mensch vol krankheyd hem bejegend,  
Zy alles wat hy doed, of laat, van God gezegend,  
Hier niet alleen, maar in 't gelukkig Engeland,  
De dood, die 't eynde is, en 't slot-perk aller zaken  
Moet traaglijck met haar pijl ontrent zijn tente naked:  
En als Zy komt, gelijk Zy zeker koomen zal,  
Dan wensche ik, dat hy oud, en afgemat van jaaren  
Met Engels vlengelen, ten Hemel op magh vaaren,  
Genieten 't aanschijn Gods, die ALLES IS IN AL.

Individuo suo THESEO eccevit

D. H. A. V. A. R. T.

M. D.